



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 9. De Excommunicationibus nemini reseruatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

CAPVT IX.

De Excommunicationibus nemini
reseruatis.

90
Excommu-
nicationes
non reserua-
te Dece-
retalibus.

IN Decreto, & Decretalibus fertur excommunicatio. 1. Contra Gubernatores, & Iudices non reddentes ius Ecclesiasticis ob negligentiam, vel animum iniquum. *Cap. An Administratores. 23. question. 5.* 2. Contra illum, qui non electus saltem à duabus partibus Cardinalium in Papam, consentit suæ electioni: & contra recipientes illum in summum Præfulem. *Cap. Licet, de vitando, de elect.* 3. Contra Rectores, Consules, & alios officiales laicos, qui talia, vel alias exactiones indebitas Ecclesiis aut personis Ecclesiasticis imponunt: & eorum fautores. *Cap. Non minus, & Cap. Adversus, de immuni. Eccles.* 4. Contra Religiosos profectos, qui diutius duobus mensibus absunt à suis Monasteriis, ad audiendas Leges, aut Medicinam. *Cap. Non magnopere, ne Clerici, vel Monachi.* 5. Contra Sacerdotem, vel alium Clericum habentem officium Vice comitis, aut Præpositi secularis, qui admonitus, se non vult emendare. *Cap. Clericis, ne Cler. vel Monac.* 6. Contra illos, qui violant libertatem Ecclesiasticam per modum statuti, vel consuetudinis. *Cap. Nouerit, de sentent. excomm.* 7. Contra illos, qui emunt, vel quouis alio modo acquirunt rem Ecclesiasticam à Schismatico, vel qui recipiunt beneficium ab illo, vel ordinationi ipsius Schismatici consentiunt. *Capite primo de Schismat.*

91
Excommu-
nicationes
non reserua-
te in sexto

In Sexto autem Decretalium libro hæc excommunicationes indicuntur. 1. contra mittentem scripturam, vel nuncium alicui Cardinali in conclauis existenti à Romani Pontificis electionem, vel cum eo secretò loquentem. *Cap. Vbi periculum, de elect.* 2. Contra Dominos, Rectores, aliosque Officiales, qui diligenter non observant, aut fraudem aliquam committunt in eis, quæ hinc præcipiuntur observanda in summi Præfuleis morte in terra ipsorum occumbentis. *Cap. Vbi periculum de elect.* 3. Contra omnes, qui per se, vel per alios præsumperint vexare personam Ecclesiasticam, vel alia pia loca, eo quod rogata noluerit, aut non vult eligere eum, pro quo ipsi rogarunt, aut induxerunt. *Cap. Sciant omnes, de elect.* 4. Contra illos, qui usurpare conantes nouè ius custodiendæ, & seruandæ alicuius Ecclesiæ vacatæ, præsumunt, aliqua bona illius capere. *Cap. Generali, de elect.* 5. Contra accersitum indirectorem electionis Monialium non temperantem, à rebus, ex quibus nasci, vel ali discordia possit. *C. Indemnitate de electi. Paragrapho vltim.* 6. contra procurantes, quod Iudices conseruatores sibi dati intromittant se ad alia, quæ ad manifestas iniurias, & violentias: & extendant potestatem ad ea, quæ iudicalem exigunt discussionem. *Cap. Hac constitutione, de offic. Iudicis delega.* 7. contra illos, Elcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

qui vi, aut metu consequuntur absolutionem vel reuocationem sententiæ excommunicationis, suspensionis, vel interdicti. *c. vni. de huiusmodi. 8. contra eos, qui fingunt casum, vel fraudem aliquam faciunt, quo Iudex ipse vadit ad accipiendū alicuius scemina testimonium. Cap. Mulieres, de iudic. 9. contra illos, qui compellunt Ecclesiasticos, vt submittant Ecclesias, vel eorū bona immobilia, aut iura laicis, in casibus iure prohibitis. c. Hoc consultiſſimo, de reb. Eccl. non alienandis. 10. contra illos, qui instituunt nouū Religionis Ordinem, aut accipiunt nouum illius habitum: & Mendicantes, (exceptis quatuor Ordinibus) qui recipiunt aliquē ad suū Ordinem. c. vni. de Religioſis domibus, tū hodie non habet locum, teste Tolet. 11. contra illos, qui per se, vel per alios, suo nomine, vel alieno exigūt ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis pedagium pro personis, aut rebus, quas deferūt, vel deferri faciūt, nō causa negotiationis. c. Quāquā, de c. s. 12. cōtra compellentes litigare in foro seculari super causis Ecclesiasticis. *Cap. Quoniam, de immuni. Eccles.* 13. contra Dominos temporales prohibentes suis subditis vendere sua Clericis, aut præstare officia. *cap. fin. de immuni. Eccles.* 14. contra Religiosos temerè habitū relinquentes, & dimittentes: & DD. seu Magistros, qui Religiosos, habitu dimisso, Leges, vel Physicā audientes scienter docere, aut in Scholis retinere præsumunt. c. Vt periculosum, ne Cler. vel Monac. 15. contra præsumentes tradere Ecclesiasticæ sepulture hæreticos, credentes eorum receptatores, defensores, vel fautores. Nec absoluenti sunt, donec propriis manibus publice extirulent. c. Quicūq; de hæret. 16. contra Potestates, Dominos temporales, Rectores, vel eorum Officiales, seu Balios, si de crimine hæreticis cognoscant, vel indicēt, vel si captos pro eodē crimine absque Diocesano, vel Inquisitionum licentiā à Carcere liberent, vel si executionem pro huiusmodi crimine iniunctā à Diocesano, vel Inquisitore non impleant, vel si directè, aut indirectè præsumant, illorum sententiam, aut processum impedire. Denique omnes in his scienter dantes consilium, auxilium, vel fauorem. c. Vt inquisitionis, de hæret. 17. contra Clericos, non Episcopos, qui permittunt, in terris suis publicos fornicatores versari, alienigenasque: vel qui non expellunt eos ex illis, vel qui locant illis, vel alio prætextu concedūt domos ad vlturas exercendum. *Cap. Vsurarum, de vſuris.**

92
Non reser-
uata in Cle-
mentinis.

Porro in Clementinis excommunicatione percutiuntur. 1. Qui capientes beneficii fructus impediunt, vel infringunt sequestrum iudicium super beneficia ab Ordinario, ob latam in curia Romana vnā sententiam definitiuā super possessione, vel proprietate eiusdem. *Clement. vni. de sequeſtr. posses. & fructu.* 2. Sepelientes aliquem in loco sacro interdicto in casibus à iure non permissis: aut interdictos nominatim, vel excommunicatos publicos, aut vſurarios manifestos; Religiosos, qui nō habentes beneficium, nec administrationem, sibi appropriant decimas. *Clement. 2. de sepult. Clement. Religioſi, de sepult.* 3. Religioſi simplices, qui petunt aulas Principum animo nocendi suis Prælatiſ, aut Monasteriis. *Clement. Ne in agro, 5. Quia verò, de stat. Monach.* 4. Monachi, qui sine Abbatis facultate habēt arma intra Mona-

teriorum claustra. *Ibid.* 5. Illi, qui praesumunt Visitatores Monialium impedire, in eo, quod statuitur à Concilio, si à Visitatoribus admoniti, non cessant. *Clement. Attendentes*, §. *fi de statu Monach.* 6. 1). qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis iure Canonico interdictis, aut cum Monialibus matrimonia contrahunt: nec non Religiosi, Moniales, ac Clerici in Sacris Ordinibus constituti matrimonia contrahentes. *Clement. 1. de consang. & affin.* 7. Inquisitores, ac Commissarii, illorum, aut Episcopi, vel Capitula Sede vacante, qui sui officij prae-textu illicitè sumunt pecunià aliquā. Et qui scienter bona Ecclesiastica usurpant. *Clement. Nolentes de heret.* 8. Omnes Officiales Civitatum, vtriusque appellentur, qui faciunt, ribunt, vel dicunt statuta, ut solvantur usurae, vel quod soluta non possint repeti. Et ij, qui iudicant, usuras solvendas esse, aut non repetendas solutas. Et qui ad id potestatem habentes, è libris talia statuta non eradunt. *Clement. 1. de usur.* 9. Religiosi, qui concionantur, vel alias dicunt aliquid ad auertendos audientes à soluendis decimis Ecclesiae debitis. Et illi, qui de industria nullum conscientiae scrupulum incutunt in confessionibus poenitentibus circa solutionem decimarum. *Clement. Capientes de pan.* 10. Religiosi, qui non servant Interdictum, vel Cessationem à divinis quam Cathedralis Ecclesia vel^a matrix, vel Parochialis Oppidi servat. *Clement. 1. de sent. excom.*

93. Haec excommunicationes in corpore Iuris continentur, superflunt nonnullae aliae, quae in Extravagantibus multis habentur: sed quia

plerisque in locis non videntur usu receptae, eas praetermitto. Demum in Tridentino octo aliae feruntur excommunicationes. 1. contra imprimentes, & imprimi mandantes, vendentes, apud se retinentes Libros de rebus Sacris sine Auctoris nomine, & sine approbatione. *Trid. sess. 4.* 2. Contra praedicantes, vel docentes, vel pertinaciter asserentes, non esse necessariam Sacramentalem Confessionem habita confessarij copia, ante Communionem, his, quos peccati lethalis conscientia gravat, etiam si confecti accedant. *Sess. 13. can. 11.* 3. Contra Raptorem mulierum, ac illis consilium, ac favorem praebentes. *Sess. 24. c. 6. 4.* Contra illos, qui quovis modo subditos suos vel quoscunque alios cogunt minus libere matrimonia contrahere. *Sess. 24. c. 9. 5.* Contra Magistratos seculares, qui non praebent auxilium invocatum ab Episcopis, ad restituendum, vel conservandum Monialium clausuram. *Sess. 25. cap. 2. 6.* Contra ingredientes septa Monasterij Monialium cuiuscunque generis, aut conditionis, aratis vel sexus fuerint, sine licentia Episcopi, vel superioris in scriptis obiecta. *Ibid.* 7. Contra illos, qui cogunt aliquam feminam, praeterquam in casibus à iure expressis, ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum Religionis habitum, vel ad professionem emittendam, Eoque, qui consilium, auxilium, vel favorem ad id dederint, vel praesentes et actui scienter fuerint. *Sess. 25. c. 18.* 8. Contra illos, qui Sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel proficendi quoquo modo sine iusta causa impedierint. *Sess. 25. cap. 18.*

SECTIO SECUNDA.

De Excommunicatione Dubia.

CAPVT X.

Circa Essentiam, & Causas Excommunicationis.

DUBIVM I.

An absolute prolata Excommunicatio semper de Maiore intel- ligatur?

94. Non semper intelligitur de maiori.



ON intelligitur semper de excommunicatione maiori. Quia c. 1. de exception. in 6. quod est post Gregorium IX. dicitur, si quis in iudicio excommunicatione opponat, illius speciem declarare debere. Quod distū est (ait Glossa) propter species excommunicationis

maioris, vel minoris. Ergo sub nomine excommunicationis absolute prolata non venit excommunicatio maior intelligenda; alias non teneretur excommunicationis speciem declarare, cum satis declarata esset. Sic nonnulli ex Glossa.

Semper de excommunicatione maiori intelligitur. Quia sic definitur Gregorius IX. c. 1. Si quem penitus de sent. excom. Licet enim ante ipsam excommunicationem simpliciter sumpta saepe pro minori sumebatur, ut constat ex cap. Sacerdote, de consecr. dist. 1. & cap. Exceptrudam 3. q. 4. Attamen post Gregorium nunquam pro minori, sed pro maiori semper sumitur. Ita Conar. Cap. Alma mater 1. part. Paragraph. 8. num. 5. Coninch. disp. 14. dub. 1. Laym. l. 1. tit. 5. p. 2. c. 1. numer. 1. Suar. l. 1. cap. 4. num. 19. & alij communiter.

Hoc dicendum. Neque obstat totius citatus Quia ibi species excommunicationis exprimenda est non quidem maior, aut minor, quia certum iam supponitur, maiorem esse debere: sed quamnam species maioris sit, an violationis Ecclesiae, an percussione Clerici. Quod colligo ex verbis textus praecipue ex §. Si vera, probanda enim erat exceptio apertissimis documentis,